Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



22

INCPT LIBER PRIMVS

QVONIAM QVIDEM MVLTI CONA
ti sunt ordinare narrationem quae in nobis compl&e sunt
rerum. sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt.
& ministri fuerunt sermonis. Uisum ē & mihi assecuto
a principio omnib: diligenter ex ordine tibi scribere
optime theophile ut cognoscas eorum uerborum de quibus
eruditus es ueritatem. Quo manifestissime phemio significat
eam sibi maxime causam euangelii fuisse scribendi. ne pseudo
euangelistis facultas ē& falsa praedicandi. qui ut eorum hodieq:
monimenta testantur sub nomine apostolorum pfidie conati sunt inducere sectas.
Deniq: non nulli thome. alii bastholomei. quidam mathie. aliqui & iam duodecim
apostolorum titulo repperiuntur falso sua scripta p̄notasse. sed & basilides & apel
les quorum unus cccl xv caelos. alter duos inuicem contrarios deos. Inter alia
nefanda dogmatizabant euangelia sui nominis errore feda reliquisse; Interq: notan
dum quod dicitur euangelium iuxta hebreos non inter apocrifas. sed inter ecclesiasticas
numerandum historias. Nam & ipsi sacre scripturae inter p̄ti hieronimo plerasq:
ex eo testimonia usurpare & ipsum in latinum grecumq: uisum ē transferre sermo
nem; falsa uero euangelia lucas prima mox p̄fatione refellit. Qn̄m quidem in
quit multi conati sunt ordinare narrationem. multos uidelic& eos non tam numerositate
quam hereseos multifariae diuersitate commendans qui non sp̄s sc̄i munere donati sed uacua
labore conati magis ordinarint narrationem quam historiae texerint ueritatem.
Ideoq: aliis complendum opus in quo frustra sudauere relinquerint. Illis nimirum qui
cum sint quattuor. non tam quattuor euangelia quam unum. quattuor librorum
uari&ate pulcherrima consonum ediderunt. Ediderunt enim sicut tradiderunt
illi qui ab initio ipsi uiderunt & ministri fuerunt sermonis. Qua sententia non
soli lucas & marcus qui p̄sentem in carne dn̄m non uiderant. atq: ideo quae scriberent
auditu discere debebant; Uerum mātheus quoq: & iohannes apostoli sunt designati.
& ipsi enim in multis quae scriberent ab his qui infantiam pueritiam genelogiam q: eius
scire & gestis inter ēē potuerunt audire opus habebant; quod aūt uisum & iam scri
bere dicit non quasi a se sibi uisum sed sp̄u sc̄o instigante sibi quoq: uisum significat